

de talibus Divinus passus sit, ut credatur. Quod si non ostenditur: similes factore, quod nullum Sanctorum Patrum Concilium, nullum Apostolicum Sedis Pontificium, nullum Ecclesiasticorum Dogmatum decretum habentem inveniantur. Et lib. de tribus epistolis de infidelibus in infidelitate morientibus; verissime (inquit) credimus, & verissime novimus, quod nunquam Dominus passus, nunquam mortuus est; nec ad eos salvandos venit, nec pro eis precisum sanguinem fudit. Superius Janfenius ait: Non quod ulla pacto negatum voluit, preciumque sanguinis non esse sufficiens ad redemptionem omnium omnino infidelium, imo etiam damnatorum, omniumque se redemptionem dedisset, vel proprietatem esse pro omnibus plus aliquid dicit, quam quod ipse dicit, interitus mortis precium pro illis oblatum esse, ut eas oblatione placatus Patres, eos re ipsa de servitute liberaret, non sub ista conditione si ipsi velint, qui nisi Deo donante velle non possunt, sed ut velint, & credant poterit in totum voluntatibus operando. Hec Janfenius.

XLVII. Fallitur tamen, nam Concilium Valentinum III. seculo nono, anno scilicet 855. celebratum, non negat, Christum se obtulisse redemptionem pro omnibus quoad sufficientiam, sed solum quoad efficaciam; quo pacto putaverat, statutum fuisse c. 4. Concilii Carlicani, nempe, quod non eorum domo Christi mortuus esset pro illis, qui ante eius adventum mortui erant in infidelitate, ac pro illis, qui in fide eius decesserant, ita ut illi eripiendi essent ex inferno per Christum, sicut illi ex Limbo. Quod (licet falso) in Concilio Carificano statutum existimaverat. Ideoque non de omnibus impiis Valentiniani Patres loquuntur, sed de iis tantum, qui a mundi exordio usque ad Passionem Domini decesserunt.

Hanc porro, & non eam, quam illi assignat Janfenius, fuisse prefata Synodi mentem colligitur primo ex comparatione, quam adducit Serpens, quem Moyses exaltavit in deserto, cum Christo non enim aneus ille serpens pro multitudine solum propolitus dicitur, sed pro omnibus, & singulis, qui percussus fuissent: sic tamen, ut illi soli sanarentur, qui eum aspicerent, & culpa illorum esset, qui non sanabantur, quia non respicerent, nolent, ita de Christi morte dicendum est. Pro omnibus est ille in Crucem exaltatus: sed illi tantum salvantur, qui aspiciunt in Actorem fidei, & Consummatorem fidei, ut ait Paul. Hebr. 12. v. 2.

Colligitur secundo ex iis, que cap. 5. prefati Concilii habentur. Ibi enim sic statuitur: Firmissime credimus &c. Ex ipsa multitudine fidelium, & Redemptionem alios salvari eterna salute, quia pro gratiam Dei in Redemptione sua fideliter permanere. Ceteri alios, quia nolumus permanere in salute fidei, quam in ista accepimus, Redemptionisque gratiam potius irritam facere, prout doctrina, vel vicia, quam servare, elegerunt, ad perditionem salutis, & ad perceptionem eterna beatitudinis nullo modo pervenire. En Redemptionis gratiam omnibus saltem baptizatis, five electis, five reprobis collatam, qua bene, vel male uti, seu efficacem, vel irritam reddere possunt. Hæc certe non est gratia per se efficax, cui secundum Janfenium nunquam resistitur, & sine qua non possunt salvari: est ergo gratia sufficiens, cum qua aliquid adhuc non salvantur, non quia non possunt, sed quia nolunt. Multa de hoc agit notiter Alexander hist. Eccl. secul. 9. c. 10. differt. 1. §. 1.

XLVIII. Nec magis juvant Janfenium Remigius, & Ecclesia Lugdunensis citata. Secundum ergo est, Gottechalchum nomen Orbaceum Suedonensis Diocesis, professione Monachum, studio Gyrovagum, ac turbulentum anno 847. Predestinationem antiquam hæreticam excitare conatum fuisse dicendo: Deum, sicut quosdam ad vitam æternam prædestinavit, sic alios mortem æternam deceperit, & cogere homines interire (qui Calvini etiam error est, præsertim lib. 2. Inlicit. cap. 23. §. 7.) Rursus, non enim velle omnes homines salvos fieri, sed eos tantum, qui salvantur: Christum pro electorum tantum salute passum esse, non autem pro Redemptionem omnium hominum, quem errorem modo excitavit Janfenius. Damnitur est Gottechalchus, ejusque confusus error in Synodo Moguntina anno 848. & Carificana anno 849. & 853.

XLIX. Damnatu Gottechalcho, Ecclesia Gallicana in duas partes scissa est; alius Gottechalchum proferens avertentibus, inter quos Hincmarus Archiepiscopus Remensis pro sui gregis cautela opusculum scripsit; alius Personæ patrocinium suscipientibus, non tamen erroris. His Ecclesia Lugdunensis cum Archiepiscopo suo Remigio accedere visa est, putans (forte errore facti) Gottechalchum non aliam, quam Augustinianam doctrinam prædicare; negare in Deo voluntatem salutis omnium, & Christum se dedisse redemptionem pro omnibus solum eo sensu, quod admittantur Semipelagianis. Uno Verbo. Existimavit Ecclesia Lugdunensis, eum negasse in Deo duntaxat voluntatem efficacem salutis omnium, & Christi sanguinem suffum quoad efficaciam pro infidelibus. Sed nedom fuit, verum etiam nono ævo de Gottechalchi doctrina controversum. Ipsum excusant aliqui, & nimis severitatis in ipsum Concilium Moguntinum, & Carificum, & ipsum Hincmarum Remensem acculant. Alii Gottechalchum, & doctrinam damnant. Videtur potest P. Graveson in fustibus, Eccl. rem. 3. colleg. 3. non fuisse pag. 356. & Alexander hist. Eccl. seculi 9. c. 10. differt. 1. §. 6. & 7.

L. Ut ut tamen res sit, Remigium & Ecclesiam Lugdunensem in sui patrocinium infeliciter advocat Janfenius. Neque enim ea Celeberrima Ecclesia Christum esse mortuum quoad sufficientiam etiam pro infidelibus negare ausa est, sed rem in medio relinquit, ut videtur est in libro de tribus

Epistolis citato c. 24. ubi ait: Jam illud de Domini sanguinis pretio, quod pro his tantum, qui credere voluerunt, datum sit, manifestum est eorum beatorum Patrum sententia, quam ipse (Gottechalchus) ut tantum, & legendo diligeret, & damnare meruit. Unde est inventus fuit alii apud Patres, qui illud gloriosum pretium etiam pro nunquam credituris, & in sua ingratie periculis, datum esse non abnuant, melius, ut credimus, utriusque honoraverunt, nec pro aliis damnarentur. Quia illud mansisse divina auctoritate firmatum est, & istud si pie sentitur, non est absurdum. Solum ergo Lugdunensis Ecclesia male habebat, in Gottechalcho damnatum fuisse doctrinam, que utriusque Patres haberet Patronos, & in utraque parte Catholice teneri poterat, & ut superius vidimus, contra quam nullum Apostolicæ Sedis Pontificium afferri poterat. Contra quam cum modo Apollitice Sedis diplomata sæpius sint locuta, injuste Ecclesiæ Lugdunensis querelam usurpant Janfenius.

LI. Demum utrumque sensum de Christi Redemptione efficaci pro solis fidelibus, & sufficienti pro omnibus, ab Ecclesia Lugdunensi approbati, nec unum alterum excludere, manifeste declarat cap. 28. ubi de Paulinis verbis, Deus vult omnes homines salvos fieri, postquam ait: quod Deus, ut benignus Creator, aliquos salvari voluit, & ut iustus Iudex æternæ perditionis tradidit: Sicut ergo (inquit) & bonitatem suam in eis ostendit, quia eos salvari voluit, & tamen bonitas eorum non impeditur servitatem eorum, quia eos iuste damnavit: ita enim bonitas eorum nullatenus impeditur prædestinationem eorum justitiam, dum quos ille salvos fieri voluit, & iniquos salvos semper prævidit, & in iustitiam sua permittit, iuste ad interitum prædestinavit. Ita est pro omnibus, etiam in sua impietate perituris, Christus mortuus est, sic eis exhibuit bonitatem, hæretici sua, ut tamen iustitiam impis in sua impietate non servavit iusto suo iudicio condemnaverit, sicut ipse ait: Qui non credit, iam iudicatus est. Et ideo bonitas eorum, quia etiam pro talibus passus creditur, non evanescit, sed est prædestinationem eorum, quia eos semper, & prævidit eis in impietate sua perituris, & prædestinavit iusto perituros. En Ecclesiam Lutheranam contentem, Christum neminem ergo passum sufficientem pro impiis, sed pro illis etiam illud dedidit, nec bonitatem evacuasse iustitiam, qua eos perituros prædestinavit: Ideoque prædestinavit eos perituros, qui prævidit, se eis non donaturum ut crederent, & ab impietate recederent.

LII. Quorum Janfenii fundamentum est. D. Augustinus, alique Patres sæpius exponunt locum illum Pauli 1. Timoth. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri: sed nunquam eum intelligunt de omnibus omnino; ergo &c. Min. probatur. Illud enim exponunt vel primo per distributionem accommodam: ita ut Deus velit fieri salvos, non omnes absolute, vel eos, qui salvantur, ita ut nullus salvus fiat, nisi quem velit. Secundo de omnibus per universalitatem incompletam, pro generibus singularum, non pro singulis generum; ita ut velit ex omni genere, statu, natione, ætate, sexu salvos fieri, non omnes, sed aliquos. Tertio modo in sensu non formali, sed casuali ita ut Deus non quidem velit, sed faciat nos volentes omnes salvos fieri, & pro omnium salute rogantes: sicut cum Rom. 9. v. 26. dicitur: Ipse Spiritus volens vobis, sensus est: quod faciat nos postulare. Has omnes expositiones tradit D. Augustinus. Enchiridion cap. 103. & de corpore, & gratia cap. 15. etiam laudat D. Thomas 1. 1. q. 9. 19. art. 6. ad 1. tum in c. 2. pp. ad Timoth. 1. 2. & alibi.

LIII. Respondo primo, negando absolute min. ut enim si periculis dictum est, teste Ecclesia Lugdunensi c. 24. & 28. nupre laudatis, aderat Patres, qui præfatum locum de omnibus omnino hominibus interpretarentur.

LIV. Respondo secundo communi solutione, interpretatione a Janfenio allatas non excludere eam, quam nos attulimus, & quam D. Thom. locis allatis asserit, ex Damasceno, & probat, & quam Ecclesia sua auctoritatibus pondere, præ aliis modo acceptis; cuius & Janfenius subscriberet, si ejus obedientie se se subijcere, sincere protestatus est. Immo eam tacite admittit Sanctus Augustinus. In Enchiridionem cap. 103. recitata prima, & secunda ex allatis expositionibus, subdit: & quæcumque alio modo intelligi potest, dum eorum credere non cogamur, aliquid Omnipotentem Deum voluisse fieri, factumque non esse: qui sine ulla ambiguitate, si in Cælo, & in Terra, sicut eum veritas canat, omnia quæcumque voluit fecit: profecto facere noluit, quæcumque non fecit. Solum ergo voluntatem efficacem salutis omnium excludit Augustinus, non antecedentem, & inefficacem, qualem nos statuimus. Immo se sibi contradicere, eam admittere credendum est, dum ut supra observavimus lib. 6. cont. Julian. c. 4. ex eo, quod Christus pro omnibus mortuus est, probat, omnes peccato mortuos esse.

Ideo autem ab hac voluntate generali salutis omnium abstulit Augustinus, quia agebat contra Pelagianos, & Semipelagianos; qui cum circa salutem omnium non ponerent in Deo nisi voluntatem generalem, bene sequebatur, quod, cum non omnes salvarentur, aliquid non fieret, quod fieri omnipotens voluisset. Et in nostra doctrina, qua præter voluntatem generalem salutis omnium, ponimus voluntatem specialem in Deo de non salvari aliquos, ponimus voluntatem specialem non fiat, quod omnipotens fieri voluit: Sed potius, quod non fiat, quia omnipotens voluntatem efficacem salutis omnium, quod bene notandum est.

LV. Porro, ut circa meum Sancti Augustini omnia scriptura aseruat, advocare placet in ressem fidelissimum ejus discipulum Div. Prosperum. Sanctus ergo Prosper, audiens Semipelagianos

pelagianos Gallos calumniose tradere doctrinam Magistri sui Augustini jam mortui, ejus defensionem suscipiens, librum edidit, quem inscripsit: Pro Augustino responsum ad capitula objectionum Gallorum calumniosorum. In quo relatis Gallorum objectis, singulis responsiones, quin & sententias opponit. Inter objectiones autem Gallorum calumniosæ Augustino impoenpium, octava erat, quod in doctrina Augustini, non omnes homines veli Deus salvos fieri. Et nona: Quod non pro totius Mundi Redemptionem saluator sit crucifixus. His respondet Profer. Prima quidem asserendo verba Pauli 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri, 1. Tim. 4. 10. Qui est Saluator omnium, maxime fidelium: verba Christi Matth. 28. v. 19. Euntes ergo docete omnes gentes &c. alioque, tum ex novo, tum ex veteri Testamento textus. Et post multa: omnium ergo (inquit) cura est Deo, vult enim, quem non, aut evangelicæ prædicationi, aut legis reificationi, aut ipsa etiam natura convenit. Sed infidelitatem hominum ipse adscribitur hominibus; hæc autem hominum donum Dei esse facerem. Non est etiam objectioni respondet. Quod nullus est ex hominibus, cujus natura in Christo suscepta non fuerit. Quod restituitur dicitur Saluator Mundi pro totius Mundi Redemptionem crucifixus. Quod potest dici: pro his tantum Crucifixus, quibus mori ipse profuit: potest tamen etiam dici, Redemptor Mundi sedis pro Mundi sanguinem suum, & Mundi redimi voluit, quia lucem tenebris non receperunt.

LVI. Similia obijciunt contra Augustini doctrinam Vincentii (quin an fuerit celeberrimus Linciniensis Auctor. Commonitorio, ab aliquibus creditus Semipelagianismo infectus, an vero alius, sub iudice adhuc in lite) dicebat enim, ex ea sequi, quod Christus non pro omnium salute, & Redemptionem sit passus. Quod Deus noluit omnes salvare, etiam si omnes salvari voluit. En constat objectionis prima, & secunda: que omnia D. Profer in responsione ad capitula objectionum Vincentianarum falsa esse demonstrat, & in præfatione vocat: Vincentianarum blasphemiarum prodigiis mandata, diabólica, impia, profana opiniones, quarum in corde suo nullum erat vestigium, imo que a sua professione tanquam blasphemiam damnantur.

Sic ergo discurro, Vincentius, & Galli Semipelagianii non accusantur D. Augustinum, quod negaret sanguinem Christi esse pretium sufficientem pro salute omnium hominum etiam reproborum, immo & ipsorum demonum; ut omnes, vel de factis salvarentur, si efficaciter, vel salvari possent, si sufficienter eis applicaretur; de hoc enim nullus dubitavit unquam: Sed calumniatur Augustinum, quod negaret, Christum veram ac sinceram voluntatem habuisse salutis reproborum, & noluisse, ut saltem pretium mortis fuit eis, ne quidem sufficienter, applicaretur. Quod faceret Janfenius ipse lib. 7. hist. Belg. c. 15. ergo cum Sanct. Prosper asserit, hinc esse meram calumniam, prodigiosam, diabolicam mendaciam, vult, mentem Augustini fuisse, quod Christus ita pro omnibus hominibus mortuus sit, ut vera, ac sincera voluntate voluerit pretium mortis fuit omnibus sufficienter applicari, & oppositum credere sit dogma profanum, impium, blasphemum, diabolicum: illudque Augustino tribuere, malignum, & prodigiosum mendacium, ad excitandum contra ipsum invidiam justitiam. Quanto autem magis diabolicum erit id, quod addidit Janfenius, Christum nempe non magis mortuum esse pro salute reproborum, quam pro salute demonum.

LVII. Nec fatiscit dicendo; Div. Prosperum solum voluisse, Christum esse mortuum pro omnibus, in quantum alumpit naturam humanam omnibus communem, & peccato originali infectam; ut ait respondens objectioni 9. Gallorum.

LVIII. Nam Semipelagianii Galli non accusant Sanctum Augustinum, quod negaret, Christum in hoc sensu pro omnibus mortuum, quod naturam humanam omnibus communem non assumpserit. Etenim, nec de Incarnatione controversa erat, nec suspicari poterat; Augustinum negare a Christo assumptam naturam in omnibus hominibus peccato infectam, quamvis sine peccato: sed Augustinum maligne traducebant, quasi negasset, naturam humanam a Christo fuisse assumptam ex animo, & sincera voluntate omnes salvandi, nisi ex parte sua impedimentum ponerent. Cujus oppositum ostendit S. Profer respons. ad 9. object. Gallorum, dum ostendit, rationem, ear non redimantur Reprobi ex parte ipsorum esse, non ex parte Christi, qui dedit pro mundo sanguinem suum, & mundus redimi voluit: qui (in respons. ad 1. object. Vincentianam) peccatum conficit: de infirmitate nostra, & virtute divina, habens quidem hoc ut omnibus proferi: sed si non bibitur, non medetur. Sentit ergo Profer, quod si poculum sanguinis Christi Reprobi non potest, non est defectu voluntatis in Christo, qui pro omnibus illud conficit, sed ex defectu voluntatis eorum, qui labia applicare nolunt Calcei, qui si non bibitur, non medetur.

LIX. Advertendum tamen est, quod dum in Concilio affirmamus sinceram voluntatem salvandi Reprobos, & pro eis etiam sanguinem fuisse, non sumimus Reprobos reduplicative quatenus Reprobi, sicut nec infideles: ac peccatores, quatenus tales, quia sub hac reduplicacione sunt salutis incapaces. Sed sumimus eos specificative, quatenus homines, sub qua ratione sunt capaces salutis; & propterea ad eam obtinendam auxilia sufficientia omnibus conferri dicimus ex voluntate generali salutis omnium. Et hæc anotato regula esse potest ad plura Conciliorum, & Patrum dicta exponenda.

LX. Quoties obijciunt. Christus mortuus non est saltem pro parvulis, qui abque Baptismo moriuntur; ergo &c. ant. probatur. Quia istis nullum remedium Passionis Christi adhuc sufficiens confertur, cum non confertur Baptismus, non vocatio ad fidem, cum istis sint incapaces.

Hoc argumentum, quia specialem excitat difficultatem, specialiter tractandum est. Sic ergo &c.

S. VI.

An etiam pro parvulis decedentibus sine Baptismo moriuntur sit Christus.

LXI. Parvulos ad Regnum Cælorum non pertinere docebant Hieracici hæretici, teste S. Augustino lib. de hæres. cap. 47. quia non sunt illis ulla merita certamina; quo vicia superentur. Sed hoc est contra illud Christi Matth. 19. v. 14. Sinite parvulos... venire ad me, saltem enim Regnum Cælorum. Propterea eos non excludit a gratia Christi Redemptoris, qui etiam pro illis a peccato originali liberandis Baptisma instituit, ac preparavit. At quid si antequam Baptismo tingantur, præventiantur morte?

LXII. Pelagiani, quia negabant, originale peccatum a pueris contrahi, dicebant, parvulis necessarium esse Baptisma, non quidem ob remissionem peccatorum, sed solum propter Regnum Cælorum: & propterea illis sine Baptismo decedentibus promittebant quidem salutem, & vitam æternam, sed extra Regnum Dei, ut testatur S. August. lib. 1. contra duas epist. Pelagianorum 2. 22.

LXIII. Jo. autem Calvinus, esto peccatum originale in pueris admittat, adhuc sustinet, pueros ex parentibus fidelibus natos, & est sine Baptismo decedant, adhuc salvari ex pacto. Ita lib. 4. inst. c. 15. §. 22. Non arceri (inquit) a Regno Cælorum infantes, quos a præfatis vicia migrare contingit: atquequam aqua mergi datum fuerit. Ubi Pelagianus impior est Calvinus. Illi enim, quamvis peccatum originale non admittent, excludant tamen pueros non baptizatos, est non a vita æterna, saltem a Regno Cælorum: est peccato originali eos fiteatur infectos, & ad vitam æternam, & ad Regnum Cælorum introducere non veretur.

LXIV. Catholica tamen Ecclesia credit, pueros non baptizatos, ex quibuscumque parentibus etiam fidelibus nati fidei, damnationem incurere. Ita S. August. lib. 2. Operi impostoribus contra Julian. cap. 117. Domini sententia est Jo. 3. v. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non potest invivere in Regnum Dei; cui non resistit, nisi non Christianus, ait S. August. serm. 294. alias 14. de Verbis Apostoli, qui est de Baptismo parvulorum c. 8.

LXV. Hinc difficultas proposita oritur, an pro his parvulis, qui sine Baptismo decedentes damnantur, mortuus sit Christus ex vera & sincera voluntate eos salvandi, rationibus militantis.

Gregorius Ariminensis, & quidam alii ex Antiquis putant; Deum absolute nolle istos salvare, nec pro ipsorum salute Christum mortuum esse. Nunc autem inter Catholicos communis doctrina est, Deum salvare velle generali voluntate omnes, five adultos, five parvulos, & pro omnium salute Christum sanguinem fuisse. Quare

LXVI. Dico, Christum Dominum mortuus est generali voluntate salvandi omnes parvulos, etiam eos, qui moriuntur sine Baptismo. Hoc evincunt omnia testimonia Sacre Scripturæ superius adducta. Primo illud Pauli ad Timoth. 2. v. 4. universaliter, & sine ulla restrictione dicentis, quod Deus vult omnes homines salvos fieri, aperte indicat, nec parvulos excludi: Nunquid enim homines non sunt (parvuli) ut non perveniant ad id quod dicitur esse: omnes homines vult salvos fieri? (ita egregie S. August. lib. 4. contra Julian. c. 8.) Nec quæ oblat, quod D. Paulus addit: & ad agnitionem veritatis ventre; cujus pueri sunt ad cognitionem veritatis quo modo accedunt, habitu felicitate, non actu, recipient enim sanctificantem gratiam, que est radix fidei; quia ut ait D. August. lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione cap. 27. in illis idem est baptizari, quod credere. Et si post Baptisma moriantur, veniunt ad veritatis agnitionem etiam actu, quia per Baptisma perveniunt ad Regnum Cælorum, ubi est certa, & actualis cognitio veritatis. Ut docet idem Augustinus. lib. 4. contra Julian. cap. 8.

LXVII. Hoc idem secundo evincit, quod Paulus addit, nimirum Deus enim Deus. Cum enim ipse sit unus omnium Deus, qui homines ad æternam salutem ordinavit; ad ipsum pertinet habere curam de omnibus, ac proinde velle eis media, quæ ad talem finem possint pervenire. Rursus: cum post hominum lapsum unicus fit Mediator Dei, & hominum Christus Jesus, qui dedit semetipsum Redemptionem pro omnibus; magis Deus adultorum, quam parvulorum; æquum est, ut Deus velle salutem etiam parvulorum, & pro istis etiam Christum se se obtulerit Mediatorem ad eorum salutem.

LXVIII. Idem tertio evincit, quod Paulus illatio. 2. Corinth. 5. v. 14. Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: quibus verbis S. August. lib. 6. c. 4. sic Julianum Pelagianum perstringit: Vide, quia consequens esse voluit, ut intelligatur omnes mortui, si pro omnibus mortuus est. Quapropter si nullum evanescit peccatum parvuli, non sunt mortui: si non sunt mortui, non est mortuus pro eis, qui non est mortuus nisi pro mortuis. Tu autem in primo tuo libro contra nos clamans dixisti, Christum etiam pro parvulis mortuum. Nullo modo igitur negare permitteris, eos tribuere originale peccatum.

Licet mihi Augustini consequens pro antecedenti asserere, & Janfeniam arguere sic. Si omnes etiam parvuli mortui sunt; ergo pro parvulis etiam mortuus est Christus, qui pro omnibus mortuus est mortuus. Tu concedis, quod omnes etiam

etiam parvuli mortui sint; & in originali peccato mortui nascantur; ergo nullo modo negare permittitur, Christum etiam pro eis esse mortuum.

LXIX. Quarto idem evincit ratiocinium, quo utitur idem S. Augustinus contra Julianum lib. 4. c. 8. Deus ex sua benevolentia vult salutem omnium adutorum, quamvis ex his aliqui sint peccatores, & non predestinatus, ut superius vidimus; ergo multo magis ex sua benevolentia vult salutem omnium parvulorum, quamvis ex his aliqui sint abique Baptismo defuncti, & damnandi. Consequenter probatur, alioquin benevolentior esset Deus hominibus impiissimis ac sceleratissimis, quam innocensissimis ab omni labe peccati actualis, & personalis: Insuperabilis (ait Sanctus Augustinus) sequitur absurditas: Ita enim modo benevolentior facit Deum omnibus impiissimis, & sceleratissimis hominibus, quam innocensissimis, & purissimis ab omni labe peccati. Quod inveniendum est, quod contrarios, qui esto velint; parvulos peccato originali fordiosos, & non ab eo immunes, quod volebat Julianus, negare tamen non possunt esse innocensissimos ab omni labe peccati actualis, & personalis; cum adulti peccatores, & infideles sint; & peccato originali, & insuper peccatis actualibus, & personalibus maculati.

LXX. Sed quomodo salvabimus Deum voluntate etiam generali velle salutem parvulorum, & etiam decedentium sine Baptismo, cum istis non conferatur ullum remedium Peccati Christi adhuc sufficiens, ut superius probabat arguens?

Quomodo rursum eos salvari posse sustinebimus, cum Augustinus lib. de natura, & gratia contra Pelagianum c. 8. dicat: Ego autem dico, parvulum natum in eo loco, ubi ei non prebitur Christi Baptismum subtrahitur, morte privatum, idcirco talem fuisse, id est sine lavacro regenerationis esse, quia essentialiter non potuit? & paulo post de eodem parvulo concludit: Recte ergo ea damnatione, que per universam massam currit, non admittitur in Regnum Caelorum, quamvis Christianus non solum non fuerit, sed nec esse potuerit? Quid insuper, cum D. Prosper carmine de ingratia contra Pelagianos c. 31. dicat:

Cum videris multos sanctis genitibus oros, Nullo salvari studio potuisse suorum?

LXXI. Ut hinc respondeam, observo, quod Baptismi collatio, esto in his, qui ad adultam aetatem, aut saltem usum rationis pervenerunt, possit adnumerari inter gratias sufficiens procedentes ex generali voluntate salutis ejus, qui baptizatur, quia in eo non habet connexionem infallibilem cum salute: In puero tamen, qui baptizatur, vel statim, vel ante usum rationis mortuo, gratia efficax, & specialis est procedens ex voluntate consequente, & specialis salvandi illum; ideoque est effectus predestinationis illius cum salute infallibiliter connexus, & ab opposito denegatio Baptismi parvulo statim mortuo, qui in talibus circumstantiis ponatur, ut antequam moriatur baptizari non possit, est illi denegatio gratie efficacis proveniens ex voluntate consequente, ut effectus Reprobationis illius. Unde sicut, si puer suscepto Baptismo moriatur, verificatur quidem, quod non damnabitur, non autem, quod non poterit damnari; ita si puer sit mortuus, & illi desit Baptismus, verum est, quod non salvabitur: sed quod non poterit salvari ex alio principio sumendum est.

Nego igitur antecedens, quod illis non addit ullum remedium ad eorum salutem sufficiens: Illa enim modo ut ajebat S. Augustinus supra laudatus lib. 4. contra Julianum c. 8. esse Deum benevolentior facere hominibus impiissimis, & sceleratissimis, pro quibus etiam Christus mortuus est, ut ostendimus, & quibus datur remedia sufficientia ad salutem, quam innocensissimis, & purissimis ab omni labe peccati actualis, & personalis.

LXXII. Quomodo autem dici possit, pueros decedentes sine Baptismo posse salvari, & his remedium saltem sufficiens adesse, labor est.

Dicunt propterea multi: ut Deus voluerit salutem omnium parvulorum voluntate generali, satis fuisse, ut Baptismum etiam pro illis instituerit: ita ut per se loquendo omnibus conferri possit, quamvis per accidens ex voluntate consequente non salvandi aliquos; non sit conferendus illis, qui, vel moriuntur in utero Matris, vel in loco, ubi aqua pro Baptismo haberi non possit, vel in partibus infidelium, qui nullam profus habent Baptismi notitiam. His enim, quamvis Baptismus non sit applicandus, quia illis voluntate consequente non voluit, est tamen absolute applicabilis, quia voluit voluntate antecedente.

LXXIII. Neque dicit: quod si Deus sincere vellet talium parvulorum salutem, & pro eis vere preparasset remedium Baptismi, debere facere, ut illis de facto posset applicari, & removere impedimenta obstantia; qui enim vere, & sincere vult finem, vult etiam, si potest, removere obstacula, que impediunt talis finis consecutionem.

LXXIV. Nam hoc quidem valeret, si salus talium parvulorum supponeretur a Deo volita voluntate efficaci, & consequente, & attentis omnibus circumstantiis: sed vero si supponatur volita sincere quidem, sed voluntate solum antecedente, & respectiva eorum salutem preclaram a circumstantiis: sic enim sufficit, ut eos non excluderet a preparatione remedii, & remedium sit illis absolute applicabile, quamvis de facto non sit illis exercite applicandum: ex quo sequitur, eos quidem non esse salvandos, non tamen non posse potentia antecedente salvari; potentia, esto in illis non recepta, illis tamen oblata, & pro illis preparata. Quod si ad sinceram voluntatem salutis eorum necesse foret, ut Deus removeret de facto impedimenta consecutionem, sequeretur Deum neque sincere velle salutem adultorum, qui de facto non salvantur; eo quia non removeret obstacula eorum salutem impedienda. Sicut ergo hoc non removeret in adultis, quia ea removere non pertinet ad voluntatem antecedentem salutis, sed ad consequentem; ita in casu non tenetur removere, alias eorum salutem velle, voluntate non antecedente solum, sed consequente; quia de facto salvarentur. Ita probabiliter dicuntur.

LXXV. Alii vero dicunt, adultis conferri auxilia sufficientia, & etiam parvulis, cum hoc discernimus; quod adulti hanc auxilia recipiunt in se ipsos, quia sunt capaces salvari per se ipsos: parvuli vero non recipiunt nisi in parentibus suis, vel aliis, quia non sunt capaces salvari, nisi per alios. Dicunt enim, quod sicut si adultus facit, quod est in se, ductum rationis sequens, certissime tenendum est, quod est Deus, vel per internam illustrationem revelat ea, que sunt ad credendum necessaria; vel aliquem Predicantem ad ipsum diriget, sicut misit Petrum ad Cornelium Actor. 10. ut doceret Div. Thom. q. 14. art. 11. ad 1. Ita credendum est tanquam omnino certum, quod si parentes predicatorum parvulorum, quibus eorum cura a Deo commissa est, facerent, quod in se est ex virtute gratie declinantes a malo, & facientes bonum juxta dictamen recte naturalis rationis, non permitteret Deus, eorum parvulos mori, quoque, vel per hominem, vel per Angelum de Caelo missum baptizati fuissent: vel Deus ipse immediate eos sanctificaret, ut moriendo salvarentur.

LXXVI. Hanc doctrinam clare insinuat D. Thom. 3. p. q. 68. art. 11. ad 1. Dicendum (inquit) quod pueri in matris utero existentes, quando profertur in lucem, sunt cum aliis hominibus vitam ducant: unde non possunt justis actibus humanis, ut per eorum Matrem, Sacramenta recipiant ad salutem. Deficiente tamen subjecti operationi Dei, apud quem vivunt, ut quodam Privilegio gratie sanctificationem consequantur, sicut pueri de sanctificatione in utero.

Quae secutus Vega in Concil. Trid. lib. 15. cap. 16. sub finem, Absit (inquit) ut quemquam vultu destitutum omni remedio excludamus. Possunt parvuli sine in utero matris periclitantes, sine aliis, ubi eis conferri nequit Baptismus, per Matrem Baptismum salvari. Et habentis valore apud Deum possunt periret peccati, & aliorum justorum; ut qui secundum eorum naturalem meritum erant sine Baptismo, sine inter uterum matris, exeat in lucem, & supervivunt, quousque gratiam Baptismi participent. Et in hunc finem religiosissimum esse admittere parentes, ut pro filio adhuc in utero matris inclusi, generent orant, & Sanctis, ac piis Viris, amplexibus illis obsequia commendent.

LXXVII. Scio, inquam modo esse parentes infideles, qui de suis parvulis Baptismo tingendis neque cogitant, immo eos a Baptismo arceret parati sint. Sed hoc eorum, vel ignorantia, vel oblationem in culpam vertendum est. Si enim ex gratia, que illis non desit, facientes quod in se est, salvarentur, sic facientes quod in se est, salutis suorum parvulorum sufficientiam preberent. Quod prelatit idoloratam ille apud Indos Occidentales in loco dicto Tubara, qui coram S. Ludovico Bertrando filii concionante se silens, partemque suam mortuum cum clamore presentans, Baptismum pro eo a VIRO postulabat, afferens (ut interpret retulit) se a bono genio supra montem fuisse admonitum, Patrem ad ea loca sufficere missam pro salute hominum, qui si effunderent aquam super caput parvuli, salvarentur, & in quodam Paradiso habituros essent. Quod cum S. Ludovicus statim excucosus esset, monente immediate sequenti infans expravit. Hoc modo, vel alibi sibi cognitis pium est credere, Deum omnibus parvulis provisorium, si parentes auxilia ad eorum salutem datis bene uterentur.

LXXVIII. Hoc idem prius docuerat Auctor librorum Deificatione Gentium (sive is fuerit S. Prosper, sive S. Ambrosius, sive S. Leo, sive alius quicumque ignotus) lib. 2. cap. 23. his verbis: Cum querimus, quomodo omnes homines salvati fuerint, qui non omnibus illud tempus imperit, in quo per voluntariam fidem percipienda gratia sunt capaces. Non irratiocinabilem credi, nec irrationabiliter intelligi, quod isti parvulorum dierum homines ad illam pertinent gratia partem, quae semper universis impensa est naturibus: quia utique si bene eorum uterentur parentes, etiam isti per eorum juvarentur. Et paulo post subdit: Sicut autem circa majores praefer illam generalem gratiam parvulis, atque oculis omnium hominum corda pulsantem, excellentiore opere largiore munere, potentiore virtute vocatio specialis exercitur: ita etiam circa innumeris parvulis eadem manifestatur electio. Qua quidem nec illi, qui renati non sunt, in parentibus desunt, sed illi, qui renati sunt pro parentibus adhiit: ita ut multis saepe, quos suorum imperitia deseruit, aliorum curaservavit: & ad regenerationem venerit per exterraneos, quae eis non erat providenda per proximis. Quibus patet, quam antiquum sit, Deum velle omnium salutem, etiam parvulorum, qui non baptizantur, & ad hoc tribui auxilia sufficientia eorum parentibus, & aliquando etiam extraneis, si illi desides sint, ut curam salutis eorum gerant.

LXXIX. Neque in hac parte DD. Augustinus, & Prosper contrarii sunt. Distinguentia est enim duplex possibilitatis. Una que cum effectu conjungitur, & provenit a gratia efficaci, dat potentiam salutis. Altera que cum effectu non conjungitur, & provenit a gratia sufficiente, que dat potentiam possibilitatis. Utriusque meminit S. Augustinus adversus Pelagianos, scribens, Prioris in lib. 8. de natura, & gratia c. 42. ubi ait: Neque de ipsa possibilitate cogitandum, cum sanata, & adjuva hominis voluntate, possibilitatem ipsa simul cum effectu in sanctis proveniat: quibus adiutorium gratia efficacis, seu potentiam

tiam positionis instruat. Alterius vero lib. 2. de peccat. merit. & remis. cap. 17. his verbis: Cum voluntatem humanam gratia adjuvante divina, sine peccato in hac vita possit homo esse, cur non sit: possem facillime ac varietate responderi: quia homines volunt. Enim vero. Quodam est hoc adiutorium gratiae, quo homo potest agere, & non agit, quia non vult; nisi adiutorium gratie mere sufficientis?

Igitur quando Sanctus Augustinus, & Prosper dicunt, hujusmodi parvulos non potuisse salvari, loquuntur de potentia cum effectu conjuncta, seu de potentia positionis; non de potentia, que cum effectu non conjungitur, seu mere possibilitatis. Aderat enim in parentibus, & aliis potentia eos baptizandi, & salvandi; sed ideo baptizati, & salvati non sunt, quia debent diligentiam adhibere noluerunt. Quare lib. de Dono Perseverantiae c. 12. ait (inquit) Parentum negligentia sic tribuendum est, quod parvuli sine Baptismo moriantur, ut nihil ibi agant superius judicium: dantia nimirum gratiam efficacem, qua baptizarentur, & hoc ideo, quia propriis viribus consistit, eam a Deo petere neglexerunt. Et propterea S. Prosper dicit, quandoque parvulos non posse salvari studio suorum parentum, quamvis Sanctorum; quia loquuntur de studio ex libero arbitrio procedente, ut putant Pelagiani, quo solo sine gratia, certum est, parentes non posse salutem suorum parvulorum meritis, aut procurare: unde dixerat c. 30. de ingratia:

Sed qui iudicium arbitrii, meritumque turis, Quisque hominum factis ascribit dona operantis,

DUBIUM III.

An ex voluntate antecedente salutis omnium omnibus adultis conferatur auxilia sufficientia.

S. I.

Erroris, ac opinioniones.

I. Quamvis hujusmodi quaestio in tractatu de gratia agitari solet, ad exactam tamen notitiam voluntatis antecedentis salutis omnium, quam in Deo statuumus, & ex quo Christum pro omnibus mortuum esse diximus; postquam de parvulis locuti fuimus, etiam de adultis hoc idem querere opere pretium duximus, an scilicet adfuit omnibus auxilia sufficientia, quibus salutem consequi possint.

II. Janenius, ut supra observavimus, lib. 3. de gratia Christi Salvatoris cap. 13. negat omnibus adesse gratiam, qua praecedentur observantia possibilis fidei; immo hunc non tantum infidelibus, excaecatis, induratis, sed fidelibus quoque, & iustis desit: ex quibus inferit suam primam inter damnatas propositiones: Aliqua Dei praecipua hominibus iustis volentibus, & conantibus secundum praesentem, quas habent vires suae impossibilitatis, desit quoque illis gratia, qua possibilitas fiant.

III. Hunc errorem prius evulgaverat Lutherus, & Calvinus, quem omnes eorum gregales amplexi sunt, asserentes, praecipua Dei hominibus etiam iustis esse impossibilitatem, praeterquam deo, nempe praecipuum de diligendo Deo ex toto corde, & praecipuum de non concupiscendo. Dicunt tamen, horum transgressione non obstante, homines salvari, quia non imputatur, sed Christi justitia regitur. Qui error in tractatu de Justificatione resellitur, fuitque damnatus a Tridentino sess. 6. canon. 18. Si quis dixerit, Deum praecipua homini etiam iustificato, & sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilitatem, anathema sit.

Quare Catholici Doctores, loquendo maxime de hominibus iustis, concorditer docent, nulla praecipua esse eis impossibilitatem, sed omnibus adesse gratiam, qua eorumdem observatio possibilis sit, & hoc post damnationem Janenii omnes fateantur.

IV. At si de aliis hominibus fermo sit, non ita consentiunt. Quamquam enim consentiant omnes, quod si instante obligatione praecipui non daretur sufficientis gratia, transgressio non imputaretur ad culpam, nec esset in se peccatum, nisi forte in causa; at tamen, an omnibus dentur, vel proxime vel remote auxiliis, vel efficacis, vel sufficientia ad omnium praecipuum observandum, & ad aeternam salutem, divisi sunt.

V. Quidam enim, dum quaerunt: an Deus det omnibus auxilia sufficientia, dicunt, verbum haec, posse accipi, vel ut est correlativum ad recipere, & quatenus connotat actualem eorumdem intrinsecam receptionem: vel ut significat idem, ac offerre in communem, seu paratum esse, ea quantum ex se est conferre. Hoc secundo modo dicunt, Deum omnibus illa dare, quia omnibus illi vult, pro omnibus preparat, omnibus quantum est ex se offert, ac exhibet. At primo modo negant: non enim in omnibus auxilia etiam sufficientia de facto conferuntur, aut in omnibus recipiuntur; sed multi eorumdem actuali receptione privantur in peccati peccati five personali, five originali saltem. Quod maxime contingere autem in infidelibus, & peccatoribus excaecatis, & obduratis. Ita inter ceteros Gonetus, tum in hoc tract. disp. 4. art. 5. tum de Probabil. disp. 4. art. 5.

VI. Alii tamen, & quidem modo videri veritati proximius, asserunt, omnibus omnino hominibus, etiam infidelibus, peccatoribus excaecatis, & obduratis de facto, nedum offerri, sed conferri, & in omnibus, ac singulis reipsa recipi auxilia ad salutem sufficientia, five proxime, & immediate, five saltem remote, & mediate. Hanc Patres Salmaticenses tract. 14. q. 3. disp. 6. de gratia efficaci dub. 3. proponunt, & tenent, ut inter Thomistas, alioque magis receptam, multorumque auctoritate eam confirmat Bancel, de voluntate salutis omnium q. 4. art. 1. §. 1. cum quibus

Costi Theol. Tom. 1.

S. II.

Resolutio Dubii contra quosdam Theologos.

VII. Deo. Probabilis est, Deum nedum offerre, sed etiam conferre omnibus, & singulis hominibus, & infidelibus, obcaecatis, induratisque, auxilia sufficientia, vel proxima, vel saltem remota ad observanda praecipua, ac ad salutem necessaria; ita ut nemo se excusare possit, quod non servat, aut non salvatur, quia hoc est ei impossibile.

VIII. Colligitur ex dictis supra: si enim Deus, quamvis antecedente, & generali, sincere tamen voluntate, vult omnes, & singulos salvos fieri, omnesque ad salutem ordinari, & vult ad agnitionem veritatis venire; ut ex Paulo 1. ad Timoth. 2. v. 4. si inquam sincera voluntas est, debet in omnes, & singulos derivare aliquid, quo fiant habiles, & potentes ad eum finem, ad quem sunt ordinati, & ad quem natura nullas habet vires; sicut non esset sincera voluntas, qua generaliter velle omnes, & singulos homines volare, si omnibus, & singulis non daret alas, aut vires quibus ad volatum singuli conari possent.

IX. Colligitur ulterius ex illo Jo. 1. v. 9. Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sicut ergo, ut verificetur, quod Sol totum Mundum illuminat requiritur, ut lux Solis in omnibus, & singulis partibus mundi inveniat; ita, ut verificetur, Verbum esse lucem, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, necesse est, ut omnis, & quilibet homo hac luce re ipsa perfundatur: hoc enim significat Verbum illuminari. Quare D. Thom. in Joann. cap. 1. lect. 5. ait: Sed ne credas defectum istam esse ex voluntate, & absentia vera lucis, & hoc excludens. Evangelista faldit (in Mundo erat).

X. Scio, textum hunc exponi de luce rationis naturalis, qua omnis homo veniens in hunc mundum, idem perveniens ad usum rationis, illuminatur, & ita intelligit etiam S. Th. loco laudato.

Sed idem S. Thomas ibi exponit etiam de lumine gratiae, & talis est sensus. Illuminat scilicet Verbum quantum ad se est, quia ex parte sua nulli desit, immo vult omnes homines salvos fieri... quod si aliqui non illuminantur, ex parte hominis est averteenti se a lumine illuminante; Ita D. Thom. laudato loco. Et de illuminatione qua perfusi homines possunt credere, & ad Deum converti intellexit S. August. lib. 1. de Genesi contra Manichaeos cap. 3. dicens: Illud autem lumen non irratiabilium avium oculos patet, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum, & temporalium se ad istius praecipua implenda converteant. Quod omnibus hominibus possunt, si velint, quis illud lumen omnem hominem illuminantem in hunc mundum. Quae exponens lib. 1. retract. cap. 10. n. 2. ait: Quod vero dixi... omnes homines possunt, si velint; non existimant novi haeretici Pelagiani secundum esse ad hunc, Verum est enim omnino, omnes homines hoc posse, si velint: Sed preparatur voluntas a Domino, & tantum augetur munere charitatis, ut possint.

XI. Quod si adhuc velis, praefata Verba ad solam illuminationem naturalem ad sequendum ductum naturalis rationis esse restringenda, sic dicam. Ex quo Deus hominem sic disposuit, & obligavit, ut ductum rationis naturalis sequatur, & ad eius finem perveniat, sequatur, nulli hominem desit lumen rationis, sed omnes aequaliter perfundi tali lumine, ut possint secundum rationem vivere; vitam scilicet aeternam extulerit, ac ordinaverit, debuit omnibus, & singulis aliquid lumen supernaturale largiri, quo five proxime, five remote possent ad talem finem conari; non enim minus agit Deus, ut generalis Provisor in ordine supernaturali, quam ut generalis Provisor in ordine naturae.

Ex his confurgit ratio ex doctrina quam D. Th. ejusque Discipuli sustinent 1. 2. q. 89. art. 6. sub hac forma. Omnis homo ad usum rationis perveniens, tenetur sub mortali se convertere ad Deum, tali conversione, ad quam sequatur culpa originalis remissio, & proinde iustificatio: Sed sine auxilio supernaturali intrinsece procedente nequit homo taliter se ad Deum convertere; ergo homini ad usum rationis pervenienti aliquid auxilium supernaturale conferunt. Maj. est D. Thom. loco cit. & alibi passim; min. vero probatur. Sola externa oblatio, & preparatio auxilii non sufficit, ut homo fiat potens ad conversionem, ex qua sequatur ejus iustificatio.

XII. Respondent huic rationi, hominem pervenientem ad usum rationis teneri quidem se convertere ad Deum conversione naturali, non vero supernaturali, ad quam per se sequatur iustificatio.

Sed contra. Nam supposita gratuita hominis electione ad finem supernaturalem, pertinet ad suum Dei providentiam, ut omnibus antequam in peccatum labantur, conferat eam potentiam, qua sufficienter fit ad illam finem consequendum; hac autem debet esse auxilium supernaturale, nedum oblatum, ac preparatum, sed re ipsa collatum. Rufus D. Thom. docet, homini pervenienti ad usum rationis incumbere ad Deum conversione illa, quam sequatur iustificatio; ergo ad Deum pertinere tale auxilium conferre, quo possit ad Deum converti, nedum conversione naturali adimpledo praecipuum, sed insuper conari ad iustificationem, & salutem.

XIII. Dicunt, voluntatem, qui Deus omnem hominem ad salutem ordinat, utpote folum antecedentem, offerre quidem, & preparare media generalia, non tamen ea conferre.

Sed contra. Esto voluntatis antecedentis non sit conferre media ad salutem efficacis, est tamen conferre media sufficientia, tempore,



ne sua nunquam curentur, Tum in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. quæstione 1.

Præsertim tamen quæst. 24. de verit. art. 11. ubi postquam resolvit, quod oblatio imperat quamlibet firmitatem in peccato; per quam aliquis a peccato reverti non possit, nec cooperari ad hoc, quod a peccato resurgat, subdit: Sed dupliciter est hoc. Uno modo ita quod nullo modo possit cooperari. Et hoc est perfectio oblatio, qua Dæmones sunt oblati. Alio modo ita quod non de facti possit cooperari ad hoc, quod exteat de peccato. Et hoc est oblatio imperfecta, qua aliquis potest esse oblati in hunc modum, dum scilicet habet aliquam firmitatem voluntatis in peccato, quod non surgat motus ad bonum nisi ab illo. Quia tamen aliqui surgunt ex eis, datur via, ut præparetur ad gratiam. Cujus rationem reddens ait:

Quod aliqui homo in hunc modum non possit esse ita oblati in malo, quia ad suam liberationem cooperari potest, ratio patet ex dictis (in articulo præcedente) quia et postea subditur. Et respicitur, et habetur non equaliter animam corruptam: Et ratio non ita pertinaciter falso adhaeret, quia per contrariam rationem potest abduci. Quibus tria D. Thomas notanda proponit. Unum, differentiam inter oblationem perfectam, qualis est in Dæmonibus, & damnatis, & imperfectam, seu inchoatam, qualis pro statu vite in aliquibus peccatoribus reperitur. Alterum; in peccatoribus licet oblatio aliquos motus ad bonum furegere, licet debiles. Hi autem, cum ex viribus propriis furegere nequeant, ne cum Pelagio sentiamus, furegere debent ex viribus gratiæ; quia tamen debiles sunt, sufficientes ad hoc ut cooperentur suæ justificationi peccator censeri debent, non efficiant. Tertium nullum esse peccatorem in statu vite de potentia Dei ordinaria (quod quid sit de extraordinaria) cui subtrahantur omnia auxilia sufficientia, quibus ad suam liberationem possit cooperari, & rationes assignat.

XXXI. Idem confirmat Angel. Doctor 3. 1. q. 86. art. 1. ubi hæc habet: Alendum: quod hoc quod aliquod peccatum per penitentiam tolli non potest potest consistere dupliciter. Unum modo, quia aliquis de peccato penitentem non potest: alio modo, quia penitentiam non potest delere peccatum. Primum quidem modo non potest per penitentiam delere peccatum Dæmonum, & etiam hominum damnatorum; quia affectus eorum sunt confirmati in malum, ita quod non potest eis delere peccatum, in quantum est culpa, sed solum displicere eis poena, quam patiuntur, ratione cuius aliquam penitentiam, sed infirmum habent, secundum illud Sap. 5. Penitentiam agentes, & per angustia spiritus agentes: Unde rati penitentia non est cum ipso venia, sed cum desperatione. Tale autem non potest esse aliquod peccatum hominis vitiosæ, cuius liberum arbitrium est flexibile ad bonum, & ad malum: Unde dicitur, quod aliquod peccatum sit in hac vita, de quo quis penitentem non potest, erroneum non est. Primum quidem, quia per hoc colleretur libertas arbitrii. Secundo, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ, per quam moveri potest cor ad iustitiam peccatoris ad penitentiam; secundum illud Prov. 22. Cor Regis in manu Dei, & quocumque voluerit vertet illud.

Quod autem secundo modo non potest per veram penitentiam aliquod peccatum remitti, est inordinatum. Primum quidem, quia repugnat divini misericordiam, de qua dicitur Joel. 2. quod benignus, & misericors est, & multa misericordiam, & præstabilis super malitia, vinceret enim quodammodo Deus ab homine; si homo peccatum vellet delere, quod Deus delere non vult: Secundo, quia hoc derogaret virtuti Passionis Christi; per quam penitentiam operatur, sicut et vetera Sacramenta, cum scriptum sit 1. Joann. Ipse est propitiator pro peccatis nostris, non solum nostris, sed etiam totius mundi.

His positis arguo sic. Ex D. Thom. erroneum est asserere, quod aliquod peccatum sit in hac vita, de quo quis penitentem non potest, quia per hoc derogaretur, & arbitrii libertati, & virtuti gratiæ, & misericordiam Dei & Redemptio Christi: Sed dicere peccatoribus oblati, & oblati deesse omnem auxilium gratiæ, etiam sufficientem ad penitentiam de peccato, est dicere, quod aliquod peccatum sit in hac vita, de quo quis penitentem non potest, quia sine omni gratia nemo potest, nedum penitere, sed nec ad penitentiam conati nec eam velle, nec de ea cogitare, ut Fides Catholica contra Pelagianos, & Semipelagianos docet; ergo ex D. Thom. dicere hæc, erroneum est.

XXXII. Respondent Jansenista, adhuc verificari, peccatores, est exccatos, & obduratos penitere posse, & converteri: quia Deus semper potest illis conferre gratiam, quamvis decreverit ante ipsos denegare in poenam præcedentium peccatorum, ideoque illos exccaverit: nam iuxta commune axiomam, quod per alios possunt, per nos ipsos possunt.

XXXIII. Sed contra. Ut verificetur, per nos posse, quod per alios possunt, quod est axioma Arist. 3. Ethic. cap. 5. requiritur primum, ut ille alius sit amicus. Secundo, quod in nobis sit aliquod, intuitu cuius amicus moveri possit ad agendum. Tertio, quod ille alius velit facere id, quod per nos facere non possumus. Primum, & secundum docet Arist. loco citato dicens, quæ amicos non sunt, & opera transiguntur, nostra opera quodammodo fieri videntur: Principium enim in nobis. Quæ exponens D. Thom. ibi lect. 8. ait: Unde dicit, quod possibilia sunt, quæ sunt per amicos: quia ea, quæ sunt per amicos, aliquantulum sunt per nos: in quantum scilicet principium horum est in nobis, per nos ipsi intuitu nostro hoc faciunt. Tertium patet evidens est: nam si ego non habens necessarium pecuniam ad emendam domum, & parentes, vel

alii amici decreverint non dare mihi pecuniam, ridiculus est semel si dicere, me posse per illos domum emere. Sed Deus peccatoribus exccatos, & obduratos inimicus est, non amicus: In illis nihil reperit intuitu cuius moveretur, aut moveri possit ad dandam eis gratiam, quæ possint, immo possunt decreverit, se non daturam eam; ergo hæc. Quare prælaudatum illud axioma distingui debet de amicis juvare volentibus, & sic concedi: negari vero de amicis juvare nolentibus, immo & negari suppositum, quod nimirum tales sint amici; cum probatio dilectionis exhibitio sit operis.

XXXIV. Respondent alii ex Catholicis etiam Thomistis, de quibus superius §. 2. D. Thomam illud velle, nisi, quod Deus sit paratus dare omnibus, etiam exccatis, & obduratis auxilia sufficientia; non tamen, quod omnibus de facto det, obduratione sua obicem potentibus. Vel ad summum velle, quod Deus illis non denegat quædam exteriora gratiæ auxilia, quales sunt exhortationes, correctiones, & similia: auxilia tamen interna eis denegat.

XXXV. Sed contra primo. D. Th. laudato loco q. 24. de verit. art. 11. dicit, quod nullus in via potest esse ita oblati in malo, qui non surgant in eo aliqui motus ad bonum licet debiles: Quin ad sui liberationem cooperari possit. Et in 4. sent. dist. 20. quæst. 1. art. 1. quæstione 1. quæstio, inquit, manet homini usus liberi arbitrii in hac vita... potest se preparare ad gratiam de peccato delendo. Dico inquit. Motus illi ad bonum, quamvis debiles, potentia ad cooperandum liberationi a peccato, debent esse a gratia non mere extrinsece oblata, sed revera interius collata; ne cum Pelagianis dicatur, potest hominem cum sola gratia extrinsece adjuvante vires nature facere actus, prout oportet ad sui justificationem; ergo si esse D. Thomam, nullus est peccator in hac vita ita oblati, qui in eo surgant aliqui motus ad bonum, quibus cooperari possit ad sui liberationem; nullus est homo ita oblati, cui auxilia ad sui conversionem sufficientia, nedum offerantur, sed re ipsa non conferantur: quibus si obicem ulteriores non possent, gratiam efficacem remissionis peccatorum consequeretur.

Et nota, quod esto in peccatore non possit furegere motus etiam debiles, & conatus remoti ad sui justificationem sine gratia efficaci causante illos motus, & cor movere; illa tamen gratia dici potest sufficiens in ordine ad ultiores motus proximos ad justificationem præparantes. Hac gratia (ait D. Thom.) liberum arbitrium non totaliter corruptum si adjuvetur, vere dicitur posse se preparare ad gratiam de peccato delendo, & gratiam remissionis consequi. Cæterum si Deus solum offerret auxilia, & non daret; haberet parata apud se, sed non collata peccatori: nec vere dicitur hominem posse converti, dum est in via, nec absolute posset dicere D. Th. Deum omnibus gratiam dare, sed ad summum, Deum quantum in se est paratum esse omnibus gratiam dare, ut ait 3. contra Gen. c. 159. loquens de gratia efficaci, non de sufficienti tantum. Sicut per hoc solum, quod Rharmacopolia habent remedia in sua officina parata, dicitur quidem, quædam esse ea, ea omnibus dare, non tamen quod ea omnibus det; nec quod omnes per illa se oblata exaltare possint, & exaltentur aliquos motus etiam debiles, qui disponant ad sanitatem.

§. V.

De Insuperabilibus.

XXXVI. Dico. Nullus est etiam inter Infideles, & Barbaros, qui non recipiat aliquod auxilium supernaturale divini gratiæ saltem in infantis sui rationis quo, si bene uteretur, ulteriora reciperet, iustificaretur, & tandem salvaretur. Hoc evincunt Scripturæ superius dictæ, nimirum: quod Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agendum vocatissimè venire, 1. Timoth. 2. v. 4. quod Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Joann. 1. quod Christus dedit se ipsum redemptionem pro omnibus, 1. Tim. 2. v. 6. & alia, quæ hoc, & præcedentibus dubis expendimus. Ubi enim Scriptura nullum excepit, nec nos excipere debemus. Videri etiam potest D. August. lib. 1. de Genesi contra Manichæos cap. 3. lib. 1. retract. cap. 10. enarrat. in Psalm. 6. lib. 3. de lib. arbit. cap. 9. & alibi: cuius testimonia attulimus superius, maxime præsentis dubio §. 2. & 3.

XXXVII. Probatur vero argumentum, quod Jansenius contra se proponens, Atalem Gigantum appellat lib. 2. de natura lapsu cap. 4. Cum enim eodem libro cap. 2. probare conatus fuisset, Quod ignorantia, etiam quæ necessitas est, non voluntariæ, hoc est involuntariæ, non caret peccato, & hoc est dogma fidei ab antiquis traditum; Contra se cap. 4. format hoc argumentum: Sed hic gigante occurrit mole, & non videtur nullus insolubilis, qui fieri possit, ut ex involuntariæ ignorantia peccatum possit proficisci. Quis enim capiat, ut homo in eo peccet, quod neque scit, neque scire potest, nec voluntate sua, sine voluntate, sine corporeo tali ignorantia, causam dedit? Hæc quædam enim peccata jam nos eruat, ut quidem voluntariæ, quod ad peccati rationem omnino necessarium est, sed necessaria. Et quæ eruat, tale potentem doctrinam sanctissimum virum (Augustinum) docere potuisse? Ita Jansenius.

Cui sic respondet: si re, benigno Lector, ita dissentias forte movere, profecto moves & me: non tamen ita, ut vel dubitem, doctrinam ipsam Augustinum tradidisse, vel in ea tradenda fluctuasse, vel hallucinatum esse: sed potius, non obstupescam, & exhorrescam profunditatem iudiciorum Dei.

XXXVIII. Sed hoc, quid aliud est, quam proferre argumentum, & ingenue fateri se necesse solutionem: hac mole gigantea

gantea se declarare oppressum, & hoc nodo insolubili ita intricatum, ut nulla via evadere sibi liceat? Eo igitur utar ego contra Jansenium sic. Si Deus omnibus infidelibus denegaret auxilia sufficientia ad fidem, omnes infideles laborarent ignorantia invincibili fidei, essent infideles necessitate, quia non possent esse fideles, non voluntate; & consequenter infidelitas illis non esset peccatum. Quis enim capiat, ut homo in eo peccet, quod neque scit, neque scire potest, nec voluntate sua volente, aut corporeo tali ignorantia, causam dedit sed hoc absurdum est dicere; alioquin omnes infideles essent negativi, & inculpabiliter infideles, nec de infidelitate argui possent. Maj. est certa, Nam cum vera fidei cognitio per solas vires nature non possit haberi, sed solis gratiæ virtutibus, si infideles carent omni auxilio gratiæ etiam sufficiente, non possent veram fidem cognoscere; & sic ignorant, quod nec scirent, nec possent scire.

Immo cum eodem ratio fit de omnibus, sequeretur, quod si Deus negaret hominibus auxilia sufficientia, sine quibus non possent observare mandata, neque salvari, excusarentur in omnibus; nec ulla forent peccata personalia, sed solum peccatum originale, & omnes miseria, quæ patitur, haberent quidem rationem poenæ, sed non peccati: & se haberent adulti sicut parvuli, nec possent mortem subirent poenam sensus, sed solum damni, quod nullus error intolerabilior excoGITARI potest.

XXXIX. Superest modo ostendere, quam falso Jansenius asserat, ignorantiam etiam invincibilem esse peccatum, fuisse ut dogma fidei ab antiquis traditum; & oppositum fuisse errorem Pelagianorum. Et rursum hæc fuerit S. Augustini doctrina. XL. Primum enim evincit. Supponendo, quod Ecclesia antiqua tempore D. Augustini media erat inter duos extremos errores, nimirum Manichæorum dicentium, peccata non ex libero arbitrio, sed ex natura se mala proficisci, & ideo quamvis necessitate fidei, non voluntate, esse peccata: & Pelagianorum, qui dum volebant, omne peccatum esse voluntarium, negabant, in parvulis, in quibus nihil voluntarium esse potest, peccatum originale reperiri neque hoc colligi ex oblivione, & ignorantia, quia homines laborare dignoscuntur; quia, sicut Cassianus relatus in actis Synodi Diophysianæ, & a S. Augustino de Gestis Pelagii cap. 18. Obivisionem, & ignorantiam non subiacere peccato, quoniam non secundum voluntatem eorum, sed originale admittentes, cum Manichæis convenire autemabant, necessitates in natura hominis distinguere id, quod ex natura est, & a Deo conditioe habet, & quod ex vicio nature est, & a Proprietate culpa sortita est. Quare dum unum errorem vitare volebant, in alium impingebant: ut enim facerent bonum conditorem Deum, tollerant Christum Salvatorem; & dum naturam undequaque bonam ponentes Deum malum esse negabant, asserentes in homine poenam esse sine culpa, Deum fiebant injustum.

XLI. Ecclesia vero Catholica, & Manichæos detestata, & Pelagianos, dum naturam a Deo conditam, bonam confiteretur, peccandi absolutam necessitatem contra Manichæos damnat. Dum vero vitio voluntario primi parentis eam vitare peccandi contraxisset necessitatem, nisi per Christum sanetur, asserit; Pelagianos redarguit, factique Deum bonum, qui bonum opus fecit, & simul iustum, qui poenam propter culpam infligit. Sic D. August. lib. 3. contra duas epist. Pelagianas, cap. 9. Insuper (inquit) illa (nempe Catholica veritas) & simul Manichæos, Pelagianosque subvertit. Homo enim, dum nascitur, quia nonnullum aliquid est, in quantum homo est, Manichæum redarguit, laudatque Creatorem: in quantum vero creditur originale peccatum, Pelagianus redarguit, & habet necessarium Salvatorem. Nam & quod sananda dicitur ipsa natura, utrumque reparatur: quia nec medicina opus habere, si sana esset, quod est contra Pelagianos; nec sanari posse vitiosum, si æternum, atque immutabile malum esset, quod est contra Manichæum. Vid. S. D. ibid. lib. 4. c. 4.

XLI. Hinc ad rem nostram: Dum S. Augustinus Manichæos aggreditur, qui peccatum non ex vitio voluntario primi hominis, sed ex natura omnimoda necessitate ortum existimabant, ostendit (loquens de peccato persone) neminem peccare in eo, quod vitare non potest. Ita lib. de duabus animabus contra Manich. cap. 11. Expellit (inquit) sine prius etiam peccatum definitum; quod sine voluntate esse non possit omnino: apud se dividitur conscripsum legis... nonne illa canit, & in montibus Pastoris, & in theatro Poetæ, & indotti in circulis, & Docti in bibliothecis, & Magistri in scholis, & Amistites in sacris locis; & in Orbis errantem genus humanum? Ubi vero egit contra Pelagianos, qui ex hoc principio falso deducebant, in pueris, qui nihil propria voluntate egerunt, fed necessitate operantur, nullum peccatum, neque originis propterea admittunt; aliter diffundendum fuit, & distinguendum inter id, quod est pure peccatum, & id quod est peccatum, & simul poena peccati.

XLI. Ita S. August. lib. 1. Operis imperfecti contra Julianum cap. 47. Julianus sibi obiciendi superius allatam peccati definitionem, respondens, tria dixit esse distinguenda, nempe peccatum, poenam peccati, & quod ita peccatum est, ut sit etiam poena peccati. Primi generis fuit peccatum Adami, quod ita perpetravit, ut ei fuerit liberum abstinere. Secundi generis est in eo, quod quis pro peccato patitur, & nullo modo agit, vel cum pro suo felere occiditur, vel in aliquo parte corporis cruciatur. Tertii generis fuit peccatum originale, ignorantia, & cæcitas mentis: hæc enim peccatum sunt, & simul poena peccati, & tamen non voluntate, sed necessitate sunt; cum sint in parvulis, qui nondum vo-

luntatis utuntur arbitrio. Orig. tamen etiam huius peccati de fœderis a voluntate peccantis. Eius enim Adam, & in illo summo omnes peccati Adam, & in illo omnes peccatorum.

Ex hac D. Augusti doctrina, quam alibi tradidit, male intellecta deducit Jansenius, esse aliquod peccatum necessitate, non voluntate, quod imputatur ad culpam: & sic infidelitatem eorum, qui nihil de Christo audierunt, & quorum corda Deus interius per gratiam non pulsavit, adhuc eis esse peccatum, & imputari.

XLIV. Sed Jansenius ita sentiens incidit in errorem Bajazærentis: Infidelitas pure negativa in his, quibus Christus non est prædicatus, est peccatum, quod non potest, nec em vitare in ejus potestate est. Et hæc vitium quidem est nature corruptæ, malique habitus ex peccato relicto; & ad peccatum inclinat, sicut & concupiscentia; sed peccatum non est, nec verti in culpam debet ei, qui nascitur, qui non credit, nec scire, & credere non potest, & non posse scire, & credere necessitatis est ex natura vitata descendens, non ex voluntate. Alteram vero privativam, qua quis scire, & credere potuit, & ignorantiam, ac infidelitatem vincere, fed noluit, vel saltem neglexit; & hæc certe peccatum est, imputatur, & exprobratur, quia non necessitate, sed voluntate ignorat.

XLV. Hæc S. Augustini sincera mens est. Eam enim tradidit in epist. 105. nunc ad Sixtum cap. 6. contra Pelagianos. Ubi postquam expressè distinxit in infidelibus ignorantiam negativam, & invincibilem, qui ideo non crederentur, quia non audierunt, & dixit, hos de peccato, esto non omni, de infidelitate tamen excusationem habituros, subiungit: Ipsa ignorantia in eis, qui intelligere voluerunt, sine dubitatione peccatum est, in eis autem, qui non potuerunt, poena peccati. Hoc idem docuit tract. 89. in illud Joann. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Ubi ait: Nunquid sine peccato erant Judæi, antequam Christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vel stultissimus dixerit? ... ad hæc inquisitio per meo capite, Domino donante respondens, habere illis excusationem, non de omni peccato suo, sed de hoc peccato, quo in Christo non crediderunt: ad quos non venit, & quibus non est locutus.

Deinde querens utrum hi, qui priusquam Christus in Ecclesia veniret ad Gentes, & priusquam Evangelium ejus audirent, vicia hujus sine peccato fuerint, seu procederent, possint habere hanc excusationem? respondens. Possunt plane. Sed non ideo possunt effugere damnationem: nimirum propter peccatum originale, & alia personalia.

Quare autem ignorantia involuntaria excuset, docuit lib. 3. de lib. arbit. cap. 19. & confirmavit lib. de naturis, & gratia contra Pelag. cap. 67. ubi de sua ignorantia concurrenter redarguit: Resse enim fortasse quereretur, si veritas, & libidinis nullus homo victor existeret: cum vero ubique sit presentis, qui multis modis per creaturam sibi dæmonia serventem, adversum voces, docent credentem, consuleret sperantem, diligenter abhorret, conatim adjuvet, exaudiat, dæmoniam, non tibi deputatur ad culpam, quod trivis ignoras, sed quod negligis, quod ignoras, neque illud, quod vulnerata memoria non colligit, sed quod volentes sanare continent. Cum ergo, si Infidelibus nulla gratia sufficiente adesset Christus, eos avertos vocans, inviti ignorarent, non eis eorum infidelitatem deputaretur ad culpam, sed de sua infidelitate excusationem haberent; sicut cum habuissent Judæi, & Christus ad eos non venisset, & habuerunt gentes, antequam eis Evangelium annuntiaretur. Et damnarentur quidem ob alia peccata, sed non ob infidelitatem. Hæc est germana S. Augustini doctrina, & Ecclesiæ Catholicæ.

XLVI. Hanc ex S. Augustino fideliter hausit ejus discipulus S. Th. qui 2. 2. q. 10. art. 1. ubi querit, an infidelitas sit peccatum, sic resolvit: Dicendum, quod infidelitas dupliciter accipi potest: Uno modo secundum puram negationem, ut dicitur infidelis ex hoc solo, quod non habet fidem: Alio modo potest intelligi infidelitas secundum contrarietatem ad fidem, quæ scilicet accipitur repugnat auditui fidei, vel etiam contentum ipsam secundum illud Ista 13. quis creditit auditui nostro? & in hoc proprie proficitur ratio infidelitatis, & secundum hoc infidelitas est peccatum. Si autem accipitur secundum negationem puram, sicut in illis, qui nihil audierunt de fide, non habet rationem peccati, sed magis poenæ: quia talis ignorantia dæmonium est peccati primi parentis conscientia est.

Qui autem sit sine infideles, damnantur quidem propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt, non autem damnantur propter infidelitatem peccatum. Unda Dominus dicit Joan. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Quod exponens August. tract. 89. in Joann. dicit; quod loquitur de illo peccato, quo non crederentur in Christum. Hæc D. Th.

XLVII. De tempore autem, quo cuique etiam infidelis auxilium sufficientem conferatur, quod possit conari saltem remote ad fidem, censo, hoc specialiter esse, cum ad usum rationis primum pervenit. Nam ex doctrina D. Thomæ superior recitata §. 2. quilibet ad usum rationis pervenient, tenetur se convertere ad Deum tali conversione, ex qua sequatur culpa originalis remissio: non tenetur autem, nisi postquam esse potest, nisi auxilium sufficientem ad tale præceptum implendum de facto intrinsece recipere.

Ruffus idem S. Doctor ad Rom. 10. lect. 3. postquam dicit, quod illi, qui loquentem Dominum per se, vel per ejus discipulos